Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25993
Copyright: Admont, Benediktinerstift

magnus. Rursus quo erugo significat bruchum. quod animal omnium usitatione uocamus.
et quod animal repens per arbores. folia deuastat et fructus. recte per eruginem accipimus libi
dinem. quemadmodum bruci omnem fructum spiritualem comedit. et rursus labores eorum. id est illud
bonitatis quod in eis erat. uidelicet illiteratis dedit locuste. id est temeritati et leuitati et instabi
litati. id est per temeritatem et leuitatem et instabilitatem destruxit illud bonum quod erat illiteratis infi
delibus; Quo locusta est instabile animal et sine ductore iens. per locustam congrue innuit
leuitatem et temeritatem. Et rursus uineas illorum. id est illud bonitatis quod erat positum in infide
libus illiteratis cecidit in grandine. id est destruxit per desperationem superne remunerati
onis. Quo grando. id est aqua est in superioribus congelata. id est in aere. per grandinem congrue innuit
de supernis. id est uite inpassibilis desperationem. Fuerunt enim quidam fideles qui numquam potuerunt ad hoc
perduci. ut uitam aliam sperarent post hanc transitoriam. Rursus moros eorum. id est illud bonitatis quod in eis
erat. id est in infidelibus illiteratis occidit. pruina destruxit per odium per terrenis bonis habitum adin
uicem. Quo pruina est illud tale quod in terra congelatur non in aere. per pruinam congrue innuit odium.
propter terrena habitum. Et rursus iumenta. id est omnia ad iumenta eorum infidelium illiteratorum. id est illud tan
tundem bonitatis quod ad iumenta erant tradidit grandini. id est destruxit aliquo genere uicii. Et rursus
possessionem eorum tradidit igni. id est destruxit per iracundiam quibus et bonitatem eorum infidelium il
literatorum. Nota hic grandinem non accipi ut prius. sed significare quibus et generaliter prauitatem. Ig
nem uero qui accendit. iracundiam designat. qui totam rationem consumit. Vide fructus et labores. et uine
as et moros. et iumenta. et possessionem idem significare. id est illud tantillum bonitatis. quod erat in
infidelibus illiteratis. Locustas uero. eruginem et grandinem. et ignem. et pruinam. diuersa uicia ut
dictum est notare. et est acsi diceret. bona uero illiteratorum infidelium per eruginem et locustam et cetera. plane
Quo in superioribus non dum enarrauit omnia uicia quae deus intulit infidelibus et literatis illiteratis
propter infidelitatem hic generales uoces subponit. quibus et omnia leuia et omnia grauia infide
libus illata comprehendit. Misit inquit cynomiam. eruginem. locustam. et ut omnia uulnera spiritu
alia nullus que remanserunt in infidelitate iniecta comprehendam dico sic. Misit in eos e
gyptios. id est ad deuastandum infideles literatos et illiteratos iram subsecutiuam indignati
onis sue. id est misit in primis indignationem. id est omnem leuem spiritualem dampnationem. et postea mi aliquantulum grauiorem spiritu
sit iram. id est omnem perfectissimam et grauissimam in criminalibus peccatis dampnationem. ut locusta ale dampnationem et deinde
est minus graue. erugo uero grauius. grando uero. id est desperatio de supernis grauissimum. Quo cum homines misit tribulationem. id est omnem
patientes ab aliis sibi fieri quod nolunt. post aliquantulum commouentur. ille talis motus uocatur in
dignatio. id est leuis motio. et cum postea grauius commouentur. ille motus grauior. ira uocatur. deinde
uero cum grauissime apud se conturbantur. ille grauissimus motus tribulatio et furor uocatur. Per haec tria inuicem
sibi inparia. spiritales dampnationes sibi impares infidelibus iniectas notat. id est peccata uidelicet
minus grauia et grauiora et grauissima. Per hoc quod dixit misit iram indignationis subsecutiuam. de
signauit postquam deum leuem dampnationem dedisse. et postea grauem. Quod non pateret. si tantum posuisset indig
nationem. iram. tribulationem. Hoc tamen pateret. quia illa tria intulit. sed quod post non pateret. non
per genitiuum indignationis. et per similitudinem eorum un[illegible]. Indignatio enim apud
homines prior est quam ira. Rursus si tantum poneret iram indignationem. non pateret in an indig
nationem intulisset an non. Et ideo subponit indignationem et cetera. Prius inquit leuem postea grauem.